



Universitätsbibliothek Paderborn

**Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator
communiter resurget ad justitiam.**

Lefelon, Antoine

Bruxellis, 1675

§. 4. Pro quorundam venialium paenitentia impetranda, laborum & precum instantia opus est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9433

incepit emendandi te: abusus est confiteri
aliquid peccatum cuiuscumque generis
illud sit sine mortale , sine veniale absque
eo quod velit se ab eo purgare. Hæc ille.

§. I V.

Pro quorundam venialium pœnitentia impetranda , laborum & precum instantiâ opus est.

ITaque à venialium ad mortalium pœnitentiam non debita fit ratiocinatio , neque ex illius facilitate huic difficultati præscribitur. Addo nunc & ipsam venialium pœnitentiam labore & precum instantiâ haud raro debere obtineri. Etenim si quis (ut sunt plerique) venialibus quibusdam affectibus sit implicitus , potest quidem his affectibus nondum exclusis sufficientem de aliis pœnitentiam agere , attamen ut & ipsis affectibus renuntiet , ut oportet , ac debitè ab iis resurgat , multo ei opus est studio , multâ prece , multumque repetitâ. Noverunt hoc qui attentant , frequenter velle adjacet eis , sed tamen non inveniunt & facere , nisi petendo , quærendo , pulsando , à quo habent desiderium , impetrant & effectum. A quo si ad mortalia argumentari licet , adversus Appendix est concludendum.

G

Sj

98 C O N V E R S I O

Si enim hoc modo à suis vitiis minoribus
justo sit resurgendum , quid mirum , si &
impio peccatori , ut à consuetis suis mor-
tiferis delectationibus amorem removeat
atque de iis simul omnibus , ut oportet ,
pænitentia , pii laboris atque orationis in-
incumbat necessitas?

C A P U T I X.

Vtrum aquè facile ad pænitentiam convertatur is
qui sæpè relabitur , atque inveteratam morta-
liter peccandi habet consuetudinem , ac ille ,
qui semel dumtaxat est lapsus ?

Dixerat cap. 12. Manuductio ,
sæpiùs recidivos non sic facile ac
illum qui semel dumtaxat lapsus
est , absolvendos , quòd illorum præ isto
difficilior sit conversio. Ad hoc Appen-
dix : Concedo , inquit num. 271. loquendo de
totali conversione , nego de inchoata. Inchoa-
tam intelligit , quæ ad Sacramenti susce-
ptionem justitiamque sufficiat , quam
proinde eadem facilitate vult ab utrisque
comparari.

Verùm non hoc sentit , cuius hīc vi-
deri vult inniti auctoritate , S. Gregorius.
Etenim lib. 4. moral. 27. quatuor ponit
mo-

L. 4 mo. c.
27.